



De sacramento ordinis. XXVIII

habet effectum perpetuum eo quod sanitas corporis et mentis que sunt effectus  
 eius amitti possunt. In eadem quoque egritudine iterari potest si primo quod  
 sit in periculo mortis et euadat et post recidivum patiatur quia erit quasi alia  
 infirmitas. Et similiter si sit egritudo diuturna. ut ydropisis. quia tunc  
 debet fieri quando videtur producere ad periculum mortis. et si illud periculum  
 mortis euadat eadem infirmitate durante. et postea ad similem statum  
 reducatur. item potest inungi. quia iam est alius infirmitatis status quam  
 vis sit eadem infirmitas. Et notandum quod magister in sermone theolo  
 gice veritatis dicit. Quando sepe quis ad mortem infirmatur. sepe potest in  
 ungi. sed in una infirmitate non debet aliquis bis inungi. nisi eadem infir  
 mitas ultra annum pertrahatur. ita quod in uno anno propter unam infirmita  
 tem nequam bis inungatur. Sed bonaventura super quarto redarguit  
 hoc dicens. Absurdum est quod sacramenta regulentur secundum motum astro-

Effectus extreme unctionis

Veritur quis sit effectus extreme unctionis. ¶ Respon-  
 deo quod est quadruplex quorum duos ponit beatus Thomas super mat  
 thei. xxiij. et alios duos magister in sermone theologicis veri  
 tatis. Primus effectus et principalis secundum beatum Thomam est sanatio que  
 dam spiritualis que datur contra quandam debilitatem vel ineptitudinem que  
 in nobis relinquitur ex peccato actuali vel originali. contra quam debilita  
 tem homo roboratur per hoc sacramentum. quia hoc robur gratiam facit que  
 non patitur secum peccatum. Ideo ex consequenti si inuenit peccatum aliquod ve  
 niale vel mortale quo ad culpam tollit ipsum dummodo non aponatur obex  
 ex parte recipientis. Secundarius autem effectus est sanitas corporis  
 hanc tamen non inducit nisi secundum quod expedit ad finem principalem scilicet  
 spiritualem sanationem. Et tunc semper eam inducit dummodo non sit impedi  
 mentum ex parte recipientis. Et licet in ipso multum fiat inunctiones vlti  
 ma tamen est formalis respectu omnium precedentium. et agit in virtute earum. et ideo  
 in vltima unctione gratia infunditur que effectum sacramenti prebet.  
 Hec beatus Thomas. Tercius effectus secundum magistrum in sermone theo  
 logice veritatis est quod valet hoc sacramentum ad deuotionem excitandam.  
 Quartus effectus est quod valet ad velociorem transitum ad celum.

De sacramento ordinis et de dignitate sacerdotum  
 Os electus genitus electum regale sacerdotium gens sancta popu  
 lus acquisitio prima. De. ij. In istis verbis ostendit nobis bea  
 tus petrus prerogatiua et dignitatem ordinis sacerdotalis. Et li  
 cet omnes homines sint genitus dei soli tamen sacerdotes sunt genitus electus a deo  
 ¶ Vnde sciendum quod sicut sunt noui chori angelorum in celo sic sunt noui di  
 gnitates sacerdotum. Prima est quod sacerdotes sunt super omnes re  
 ges et principes terre. habere primo. Ego constituiam te super omnes gen  
 tes et regna. ut euellas scilicet malos mores et vicia. et dissipas hereses